

felicitate concludam. Vale meum decus, & me perge amare. Vxor mea cum tribus libe-
ris te amat præter ceteros adulescentes, qui Roma nobiscum vixerunt. Et tibi salutem
optat. Per silentia tempore ex Italia rediens Henricus Vossius (quem credo tibi
commilitonem in Schola & familia nostra fuisse) commoratus nobiscum sex dies totus
non me diacriter nos te fovillavit. Revertebatur ad Patrem Senon. & habitavit
Breda. Juvenis est generoso animo, & eruditus tuiq; simillimus. Iterum vale. Die martini 15. 17.

Brema in Schola vacua tui studiosiss.

Nr. 315

Pater Christi. [In hibernant]

Loth. Molanus.

Trudite vir, & frater ex animo dilecte. Quae scripsisti ipsis Pape Fabricii: 16
Novembris accepi. Quæris quid valeam: Dicit beneficio valui hactenus, cum uxore ac
tribus liberis. Scivisti contagium in nostra vicinia utrinque non mediocriter: nos autem
Patris celestis bonitas voluit esse immunes. Pro ea gratia ipsius & misericordia scripsi
nuper carmen gratulatorium Dimetrum. Levidensio illud quidem, sed accommodatum
nostris revocandis, præsertim iis, qui nulli adhuc Scholæ obstricti, exitum expectant
rerum nostrarum. Deflavi breviter (Certo enim seni arido lacrymæ exarscunt) cala-
mitatem non solum Scholæ nostræ: sed simul etiam duarum celeberrimæ Scholæ
Germaniæ, quæ dissipatis nuper Ecclesiis, de doctrinæ sanitate (tanquam de animæ &
vita) graviter periclitantur. Digna res erat ploratu & lamentatione quæquæ versum
exaudibili: sed mea exilis canna est, nunc etiam vetustata pueriliter adhuc pipiens,
sicut in proverbio est. Dis ardeat si Jovis, Nisi forte putas, qui ab ipso Juven-
ta flore, ad hanc usque ætatem victam & caducam dosedi in pueris, velut unguex illis:
me non bis (ut aiunt) sed semper puerum fuisse. Mei carminis multa Emdam mihi
exemplaria, quorum unum tibi inscriptum miror non pervenisse. Cognovisses ex eo,
ad pestem quod attinet, bono loco rem nostram esse. Cras prima luce (si deus
foverit) ad Scholares operas redituri sumus. Vestrum est bene precari, rem gravem
de integro tentantibus post mauspicatam piscationem. Tammonem vestrum nolim huc
reverti, ante Cal. Aprilis 78. Quæquam id plane incertum est, an ad eum usque
diem victuri simus. Tempus (quod ajunt esse omnium sapientissimum) nos quid
facto sit opus docebit. De sex illis Loachimicis quos cum tuis litteris Lunenburgum
mitti jussoras: valde succenseo meæ credulitati. Venit huc sub finem Junij, homo
(ut mihi quidem visus est) non malus, is ad me attulit nuncium de Tammonis cista
cum libris Emdam navigio remittenda, & simul maternas litteras reddidit quibus illa
petit ut filij suppellectilem nautis committam. Tammonem ad tempus in Scholâ Emdensi
collocatum esse. Ex subditis Satrapæ Ockonius Falschen sa ajobit esse homo, sapeq;
præfectum Ockonom sua opera uti. Quæsi vi an iturus esset longius? (Lunenburgum
inquit): gaudobam me tandem cum esso nardum, cui illa pecunia facta
Ante enim (ut Tammoni quæstus sum) idem sape tentavi, non successit. Mercato.
res aliona pecunia gravari nolunt. Numeravi homini 6. vallenses Loachimicus
optima moneta. Addidi tuam Epistolam ad Doct. Petr. Vimannum. O me nunquam
nisi sero sapientem; qui non potest ab homine Syngrapham, ac ne nomen quidem. Adeo illa
me fiducia fascinarat, quod cum maternis litteris venisset. Age (ne longum faciam)
Destinat D. Satrapæ qui totidem Loach. a me acceptos ad Doctorem Pet. perforat.
Addam ipse epistolium, quo in me culpam derivem tam longæ comprehensionis. adbur
si te videri & juv. Rationes Tam. ita se habent. Venit in convicium nostrum
18. Septem. 76. pactus dat. vulgari 34. recessit ad 4. Junij 77. sunt menses 9.
Sed in patriam vocatus abfuit tolum mensem. Eo detracto pone in 8. menses dat. vulg.
22. & 20. Stuf. In ratiunculis anni dimidij, quas attulit ad Pascha dat. vulg. 7
& 20. Stuf. His adjice 2. Loachimicos pro viatico, fiet summa datorum, dat. vulg. 9. &
24. Stuf. Postea huc reverso impendi. 12. Stuf. Ad vos recurrenti pro viatico dedi
unum.